



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCCXXXII. De Fratre Thammone de Balgâ & vita ejus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

dutum armis & depositum super dextrarium cremantes diis suis pro victima obtulerunt.

ANIMADVERSIONES.

- (a) Henricus à Plozke Marschalk, ut habet Chron. Germ. Antiqu. in 4.  
 (b) Eodem modo in Dusburgio suo legit Matth. Strykovius. Sed Jerofchinus, ut & Author Chronici Germ. Antiqu. in 4. dilucidius hæc proponunt. Sic enim Jerofchinus :

Drier Manne Wapen an  
 Sy yn zu mahle thaten  
 Und uff ein Roß yn saten  
 Gebunden an vier Pfäle  
 Nach ihres Sitten Wele  
 Unde trugen Holkes dran  
 So viel daß sie noch Roß noch Mann  
 Gesehen darin funden  
 Und darnach in zunden  
 In dem Holke ein Feuer.

CAP. CCCXXXII.

De

Fratre Thammone de Balgâ &

vita ejus.

Anno Domini MCCCXXI. Fr. Thammo, natus de Misnia, qui stetit in Balga & in Ordine Domûs Teutonicæ per LVI. annos infra XXX. annos ante mortem suam nunquam exivit terminos dicti Castrî. Unum mellicratum seu medonem, & omne quod inebriare potest, non bibit: usus fuit cilicio: in pane & aqua singulis diebus.

Anno Domini MCCCXXI. in partibus Sclavie tres viri accusati de propinatione veneni misse fuerunt in (a) ferventem aquam, quorum duo statim suffocati sunt, tertius propter innocentiam illesus exivit.

sanctorum reliquiis jejunavit. Tandem dum infirmaretur post receptionem Sacramentorum fuit sine cibo XXXIX. diebus & noctibus, & tunc in Domino feliciter obdormivit.

## ANIMADVERSIO.

- (a) De probationibus percandens ferrum, ferventem aquam, duellum, Vid. Antonius Thyfius in *Memorabilibus Polydori Vergilii Historie Anglica adjectis* pag. 85. Boxhorn. in *Hist. Univers.* pag. 582. seqq. Joh. Christophorus Beemannus in *Dissertatione Historico Politica de judicis Dei* aliique juris Canonici Doctores.

## CAP. CCCXXXIII.

De

*Adventu peregrinorum & vastatione territoriorum VVaykine, Rusfigine & Strogele.*

Anno Domini MCCCXXII. Illustres viri & Domini Bernhardus Dux (a) Wratislaviensis de Polonia, Comes de Gerodisseke, primogeniti filii Comitum de Juliaco & de Wildenberg de Reno, Dominus de Lichtenberg & Bligt, cum fratre suo de Bohemia cum multis milicibus & armigeris venerunt ad terram Pruschia. Cum his omnibus & tota potentia exercitus fratrum à terra Colmensi & infra, frater Fridericus de Wildenberg gerens vicem Magistri generalis & fratres CL. tempore hyemali intraverunt territorium Waykenam, rapinà & incendio, tam Castrum quam

*Anno Domini MCCCXXII. in terra Pruschie in Castro Brandenburg Thomas filius Herewigi de Pokarvis vixit, qui, cum esset IV. annorum, mortuus fuit, & revixit virtute ligni Dominici, quod antea frater de Ulckenstein de Reno illic tulerat, & frater Genehardus de Mansfelt semel projecit in ignem & de igne resiliit, pluribus videntibus, ad probandum quod esset verum lignum Crucis in Castris pependit.*

alia